Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



38

bis est. cum in precedenti uersiculo. negligenti p̄dicatori atq; ab exhortatione torpenti dictū sit. habeo aduersus te quod p̄mittis mulierē iezabel. quę se dicit ypheten docere & seducere seruos meos. cur n̄ subiungit dedi tibi & illi. aut certe sub uno. dedi uobis tempus ut pēnitentiā agereis. Ad q̄d dicendum ē. quia in anglo omē corpus ecclę comp̄hendit'. & quando ipse increpat. ad eos increpatio p̄tinet qui rei sunt. Ideoq; a specie p̄dicatorum. q̄ superius fuerant reprehensi. redit sermo ad generalitatē populi. & in eo partē speciei reprobā. quasi ex occulto inpenitentē redarguit. quā supra apte increpauerat. Hoc autē idcirco. ne pars speciei. q̄ in scis predicatoribus constat. et illi quę in reprobis est uiderētur coniuncta. In puersis itaq; doctoribus unus idemq; angls & p̄ reatu tacturnitatis apte corripit in specie. & p̄ mentis obduratione occulte redarguit in genere. In scis v̄ nec apte corripit in specie. nec occulte increpat in genere. In eo enim q̄d diuina uox ait. habeo aduersus te quod p̄mittis iezabel. quę se dicit ypheten docere & seducere seruos meos. torpentiū ab exhortatione p̄dicatorū innotescit silentiū. In eo ū q̄d subiungit & dedi illi tempus ut pēnitentiā ageret. & n̄ uult penitere a fornicatione sua. a specie ad genus transiens. & speciem & genus simul sub uno comp̄hendit. Ecce pono eam in lecto. & qui mechantur cū ea in tribulatione maxima erunt. nisi pēnitentiam egerint ab operibus eius. Et filios eius interficiam.